



Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtii Cæsarei Consiliarij et Historiographi
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

Curtius, Cornelius

Antuerpiæ

4. Vultu[m] mulieris perversum corrigit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37243

dehiscit terra, hiatuque tam lato se-
aperit, ut templi parietes quassari
clarè, & ruinam præsentem minari
non obscurè viderentur. Illicò in-
genua abjectus iterum NICOLAVS;
o benigne Deus, inquit, qui ex
arente humo hac dignatus es lim-
pidum nobis fontem educere, nunc
quoque eo frui sine ædis tuæ detri-
mento clementer indulge. Vix tria
hæc verba finierat (fidem penè su-
perat, quod in omnium tamen ocu-
lis gestum est) pependere in aëre
sacræ ædis muri tamdiu immobi-
les, dum alioversum fonte deriva-
to, ultimam operi suo manum fabri
imposuerunt.

Haud facile creditu est, quām
latè sanctitatis ejus fama cum pro-
digiosis hisce aquis in vulgus ema-
nabit: ut cives passim ægri ad mo-
nasterium concurrerent, medicam-
que ejus manum implorarent. Ve-
nit Verdiana, cui infestus morbus
os oculosque perverterat & à natu-
rali situ in aures fœdè distracterat,
rogavitque levi tantum NICOLAI
manu tangi. Vir pius spectaculi

B 7 hor. 4.

NICO-
LAVS
oratione
templi
murum in
aëre sus-
pendit.

Vultum
mulieris
perver-
sum cor-
rigit.

horrore moveri, & moneri ad com-
miserationem. Cruce ergo signa-
tam dimitit hisce verbis : *Sanet n.*
Dominus Salvator meus Christus. Vix
tam pauca verba elocutus fuerat,
os oculique reverti visa ad sedem
pristinam, mulier ad solidam vale-
tudinem. Cui tam felici Medico
postea eadem ipsa filiolum suum,
ab igni, in quem prolapsus fuerat,
miserè deformatum obtulit, rece-
pitque eodem modo sanum, & ab
omni stigmate integrum.

5.
Ophthal-
miam fi-
guo cru-
cis curat.

Alteram eodem nomine mulie-
rem Tolentinatē ophthalmia tam
pertinax affixerat, ut de lucis usura
in posterum non modò ipsa despe-
raret, sed omnes simul Ophthalmi-
ci conclamarent. At verò Nico-
LAVS salutari cruce signavit suppli-
cem, dimisitque. *Vade, ait, Dominu-*
origit elisos, Dominus illuminat cacos.
Et mox vidit sibi oculorum aciem
restitui & plenum diem.

6.
Eodem
cephalal-
giam.

Scambii civis Tolentini uxori
Blanda quindecim omnino annos
traduxerat oblesa insanis capitis
doloribus, ut neque aures, neque
oculi